unde et responsa pauli dicta. Fuerunt
enim quidam prudentes et arbitri
aequitatis qui institutiones ciui
lis iuris compositas ediderunt quibus
dissidentium lites contentionesque
sopirent.

XV De legib(us) consularib(us) et tribuniciis

Quaedam etiam leges dicun
tur ab his qui condiderunt ut consu
lares tribuniciae iuliae corneliae.
Nam et sub octauiano caesare suf
fecti consules papius et pompeius le
gem tulerunt quae a nominibus eo
rum appellatur papia pompeia conti
nens patrum praemia pro suscipien
dis liberis. Sub eodem quoque im
peratore falcidius tribunus ple
bis legem fecit ne quis plus in extrane
is testamento legaret quam ut quarta
pars superesset heredibus ex cuius no
mine lex falcidia nuncupata est. h.l.

XVI De lege satura

Satura uero lex est quae de pluribus
simul rebus eloquitur dicta a copia rerum
et quasi a saturitate unde et saturas
scribere est poemata uaria conde
re ut oratii iuuenalis et persii. lex no
uella.

XVII De legib(us) rhodiis

Rhodiae leges naualium commer
ciorum sunt ab insula rhodo cogno
minatae in qua antiquitus mercato
rum usus fuit.

XVIII De priuilegiis

Priuilegia autem sunt
leges priuatorum quasi priuatae
leges. Nam priuilegium inde dictum
quod in priuato feratur.

XVIIII Quid possit lex

Omnis autem lex aut aliquid iubet (permittit) aut

h.l. Aquilius quoque condidit legem quae actenus aquilia nuncupatur

fortis petat praemium aut uetat ut sa
crarum uirginum nuptias nulli
petere liceat aut punit ut qui caedem
fecerit capite plectatur. eius enim
praemio aut poena uita moderatur
humana.

XX Quare facta est lex

Factae sunt autem leges ut earum
metu humana coherceretur au
dacia tutaque sit inter inprobos
innocentia et in ipsis inprobis for
midato supplicio refrenetur
nocendi facultas.

XXI Qualis debeat fieri lex

Erit autem lex
honesta iusta possibilis secundum
naturam secundum consuetudi
nem patriae loco temporique
conueniens necessaria utilis.
Manifesta quoque ne aliquid
per obscuritatem in captione
contineat nullo priuato com
modo sed pro communi ciuium utilita
te conscripta.

XXII De causis

Pragma graece cum est quod lati
ne dicitur causa unde et pragmaticae
negotia dicuntur et actor causa
rum et negotiorum pragmaticus
nuncupatur.

XXIII De testibus

Testes sunt quibus quaeritur ueritas in
iudicio. hos quisque ante iudici
um sibi placitis alligat ne cui
sit postea liberum aut dissimu
lare aut subtrahere se.
unde et alligati appellantur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0145